



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 43. Summi Pontificis responsum ad hanc Cæsaris declarationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. „Ecclesiam obstringi, secus Cæsaream
 A. C. 1721. „suam Majestatem compulsam iri, ut
 „pro sua auctoritate sibi tanquam Im-
 „peratori ac Domino territoriali com-
 „petente remedium opponeret.„ Hæc
 Cæsaris declaratio suo haud caruit ef-
 fectu; fervor enim intempestivus ejus-
 modi Præsulum ad debitæ moderatio-
 nis limites tam feliciter restringebatur,
 ut exortæ contentiones in suo ferme ortu
 suffocarentur, & nihilominus pertinaces
 debitis multarentur pœnis, ac pro-
 pterea Gerardo Nandrin Vicarius Leo-
 diensis Parochiam Cuilletanam, ad
 quam jam anno priori nominatus erat,
 conferre denegabat, etsi rursus ad Cæ-
 saream appellasset.

§. XLIII.

*Summi Pontificis responsum ad hæc
 Cæsaris declarationem.*

Dorsmann.
l. c. p. III.
 & 143.

Altum quidem de iis, quæ Cardina-
 lis de Althan Cæsaris nomine sum-
 mo Pontifici exposuerat, tenebatur si-
 lentium; postquam vero hujus negotii
 notitia tam in Galliis, quam alibi pu-
 blica fuerat facta, Aulæ Cæsareæ Mi-
 nistri indignatione commoti Abbatem
 qui Leodiensis Episcopi causas Viennæ
 procurabat, adesse jusserunt, ex
 sciscitati, qua via & a quo rei Althani
 deman-

demandatæ notitiam habuerit, cum Sæc. XVIII.
que hunc rumorem ex Flandria Pari- A C. 1721.
sios usque fuisse propagatum innotesce-
ret, etiam Ernestus Abbas, & Cano-
nici Regulares sanctæ Genovesæ desu-
per interrogabantur, Grimaldus quo-
que Pontificius Viennæ Nuntius hanc
in rem inquirere jubebatur, qui a Car-
dinalibus Bissy & Du Bois edoctus e-
rat, quod Imperator quidem acerbio-
ribus vexationibus & turbis ob Consti-
tutionem concitatis finem imponi, pa-
cemque in suis Provinciis restitui velit,
a malevolis tamen & Constitutioni re-
fragantibus deceptus in Belgio Inquisi-
tionis tribunal fuisse erectum crediderit,
detecta autem hac calumnia sese ultra
huic negotio non ingesserit, nec am-
plius de hac Constitutione motus aut
controversias agitari voluerit: Paulo-
post Althanius Cardinalis responsum,
quod Pontifex ad Cæsaris petita de-
derat, Viennam transmisit octo hisce
articulis comprehensum.

I. Ecclesia Gallicana præterdit fa-
cere causam communem, etsi Dominus
Cardinalis possit cum ea convenire.

II. Dominus Cardinalis Mechli-
niensis negat, quod aliquid contra au-
thoritatem fecerit, aut suos subditos
molestarit ratione Constitutionis, ac
¶

Sæc. XVIII. si quid sit ad onus suum, præten- dit re-
 A. C. 1721. spondere in Curia Romana.

III. Curia Romana negat Impera-
 tori competere potestatem rectoriam.

IV. Ecclesia Gallicana dicit: Impera-
 torem debere compellere Papam, ad
 explicandam constitutionem.

V. Dominus Elector Colonienſis di-
 cit ea quæ fecit, se fecisse ex Mandato
 Pontificio, & quod causa sit Ecclesia-
 stica, in qua Imperator non possit or-
 dinare & decidere.

VI. Dominus Cardinalis Mechli-
 niensis multum dicit contra Univerſi-
 tatem Lovaniensem circa Jansenismum,
 & quod illa universitas sit fons & o-
 rigo oppositionum, quæ in Imperio fiunt.

VII. Curia Romana dicit, quod Ec-
 clesiastici Leodienses sint turbatores pa-
 cis, quod sententias damnatas defende-
 rint, & eas docuerint in Cathedra, quod
 male loquentes de autoritate Pontificis
 & Constitutionis.

VIII. Curia Romana spondet, si Im-
 perator manum retrahat ab hac causa,
 & omnes querulantes ad eam re-
 mittat, se velle Justitiam pro pace at
 tranquillitate publica administrare.

Nec huic responso optatus defuit
 successus; postquam enim præfati Hof-
 fremontii causa exactius fuerat Leodii
 discussa, Episcopale Concilium, quod
 Conf-

Consistorium appellant, hanc contra eum Sæc. XVIII.
A. C. 1721.
sententiam anno sequenti die secunda
Februarii pronuntiavit.

„Hoffreumont & Consortes contra
„Consistorium Leodiense in puncto Con-
„stitutionis *Unigenitus*. Publicatur Re-
„solutio Cæsarea, qua votum Consilii
„Imperialis Aulici ratificetur unacum
„concluso, quod est tenoris sequentis:

„Appellationis processibus, & reli-
„quis Appellantium petitis non est lo-
„cus, sed remittantur jam dicti Appel-
„lantes ad D. Episcopum Leodiensem,
„ut debitam eidem obedientiam præ-
„stent. Et hæc notificentur D. Electori
„Coloniensi, qua Episcopo Leodiensi,
„addendo, quod sufficienter nunc ap-
„pareat contrarium eorum, quæ Ap-
„pellantes tam in puncto erectionis novi
„tribunalis (Inquisitionis) quam de
„metu periculosorum in Germania mo-
„tuum sub & obreptitie adduxerunt.,

Quinimo ipsemet Imperator die vi-
gesima sexta Maij Anno 1723. datis ad
Gandavensem Episcopum literis de-
clarabat, quod *Constitutio Unigenitus*
in ejus diionibus sit recepta, & quod in
ejus publicatione Anno 1714. facta omnes
solemnitates consuetæ Et a summis Pontifi-
cibus præscriptæ fuerint observata, proin-
laudata publicatio vigeat, plenumque ac in-
tegrum sortiatur effectum, omnesque illi,
qui

Sæc. XVIII qui se palam eidem & cum scandalo oppo-
 A. C. 1721. nere præsumpserint, juxta legum rigorem
 & patriæ consuetudinem sint castigandi &c.

§. XLIV.

*Novi tumultus a quibusdam Parisien-
 sis Facultatis Theologicæ Docto-
 ribus concitati.*

Vid. supra
 t. 70. §. 15.
 pag. 104.
 & pag. 215
 Dorjan.
 Journal t. 7.
 pag. 67.

Jam supra meminimus, quod Refra-
 ctarii Sorbonæ Doctores suorum
 numero tumidi doctrinam de infallibili-
 tate Pontificis erroneam esse declara-
 rint, ac viginti duos Doctores hanc
 temeritatem eis exprobrantes e suo gre-
 mio excluderint. Rei hujus indignitas
 summopere commovit Philippum Au-
 relianensem Ducem Regni Moderato-
 rem, qui etiam a Rohanio Cardinale
 aliisque Episcopis impense sollicitatus
 die nona Januarii ad Parisinæ & Na-
 netensis Facultatis Syndicum literas
 Regio sigillo munitas misit, quibus in-
 junctum, ut proscripti hi Doctores
 nulla mora denuo reciperentur. Pa-
 ruit quidem Facultas Nanetensis, ut
 tamen suo honori consuleret, Regi
 literas adjecta hac limitatione tabulis
 inseruit: *Sacra Facultas cum veneratione*
Epistolam signo Regio obsignatam recepit.
& in commentariis scribi jussit, ut, quod
par est, debitum Regi obsequium præstet.